¶ Petri Carmeliani Carmen.

Anglia perpetuos: tibi dat rosa rubra triũphos.
Perpetuum nomen: perpetuumq; decus.
Hec tua Cesareis: redolẽs rosa crescit in hortis.
Atq; aquilam lignis: iungit utranq; suis.
Septimus hẽricus: sapiẽs rex Regula morum.
Celeste ingenium: cum probitate tenens.
Ad tantos solus: vigilans te vexit honores.
Ergo abs te debet: iure volente coli.

Hoc presenti libello humili stilo edito ad faciliorem legẽtiũ intellectũ Cõtinentur honorifica gesta Solemnes cerimonie ⁊ triũphi nuper habiti In suscipiẽda magna atq; egregia sacratissimi principis Maximiliani Romanorũ Imperatoris/ semper augusti/ Simul et Illustrissimi ac potẽtissimi sui filii Karoli Principis castelle Archiducis austrie Legatione. Ad serenissimũ potẽtissimumq; principẽ Hẽricũ septimũ Anglie ⁊ Frãcie Regem/ dñmq; hybernie/ destinata. Pro spõsalibus et matrimonio Inter prefatũ Illustrissimũ principem Karolum/ ⁊ illustrissimã ac nobilissimã principem Dominam Mariam prenominati regis Hẽrici filiã charissimam Cõtrahendis. Necnon Ritus ⁊ ordo in huiusmodi sponsalior et matrimonii celebratione adhibiti ⁊ obseruati Cũ immenso gaudio et mutua hinc inde leticie expressione ac demõstratione Simul ⁊ hylari atq; iucũdo vultu Munificentia/ et liberalitate Ipsis Oratoribus quãdiu in Regno Anglie immorati sunt Exhibitis/ ac Demonstratis.

Et primum quidem quoniam inter oratores dictor Imperatoris et principis karoli ex vna: et Oratores antedicti Regis anglie hērici septimi/ex altera parte. In oppido calisie Tractatus Conuentio/et Conclusio perantea esset habita et determinata: nō solum pro perpetua pace et amicicia inter ipsos Imperatorē et karolū principem/ac Regem anglie Inuicem ineunda et percutienda. Sed etiam pro iugali federe spōsalior et matrimonii Inter pfatos illustrissimos principes karolum et Mariam feriendo. Idcirco pro pleniore cōplemento eor omnium que prius conclusa et determinata in dicto oppido fuissent. Prenominatus Dominus Imperator suam magnam et laudabilē Legationem Octo insignium virorum/ad ipsus serenissimum Regem henricum/misit.

¶ Quorum primus fuit dñs de Bergis Ex maioribus patrie illius/dñis vnus.

¶ Secūdus vero gubernator brissie: vir magni honoris et estimationis.

¶ Tertius Doctor Splonke: non mediocris apud Cesaream Maiestatem / auctoritatis homo.
¶ Quartus Presidens Flandrie: vir admodum prudens ⁊ litteratus / ac magno in precio habitus.
¶ Quitus dñs andreas de burgo Eques Celaree maiestatis consiliarius. singularis lapiẽtie doctrine et experiẽtie Orator.
¶ Sextus Casselẽsis prepositus: vir prestans / litteratus ⁊ circumspectus.
¶ Septimꝰ vero Secretarius vnus / apprime modestus ac moribus cõpositus.
¶ Octauus e regibus armorꝫ aurei velleris / vnus.
¶ Omnes sane honorifico amictu ⁊ splẽdido apparatu conspicui simul et decora ac decenti familia stipati. In quorum societatem Complures magni generosi ac domini: venerũt. Inter quos Dominus de Beuers / Dominus de Walleyn. et alii Itidem eius patrie nobiles: numero non mediocri / et valde honorifico.

PRo tanta igitur Legatiõe suscipiẽda/ et a littore maris vsq ad regis presentiam adducenda: plurimi magnates: tum ecclesiastici/ tũ seculares Equites Insup scutiferi ac alii nobiles Innumeri Variis locis/ e regio mandato sunt Constituti ac deputati.

UT primũ Itaq oratores ipsi Calisiam applicuere/ Cõfestim a regio Inibi deputato/ atq ab officiariis ꝛ armigeris eius oppidi: humaniter atq honorifice sunt excepti hospitatiq et benigne ac liberaliter tractati: simul et omni eo tẽpore quo ibidẽ morã traxere/ pluribus muneribus donati.

INde vero prefatus regius deputatus vir nobilis ac strenuus decẽter apparatus et associatus Una cum Ipsis oratoribus ꝛ eor sequacibus simul ꝛ tota illor familia ac caterua comitãte/ ab ipso oppido Calisie. qõ Caletũ veteres dixere.

mare traiecit/atq; ad Portum Dobre: se-
cundo vento applicuit: vbi Prior Ecclesie
christi Cantuarie/ ⁊ dñs Edwardus Po-
nynghs Eques: primũ ipsos oratores ex-
ceperunt: eosq; ad ciuitatẽ vsq; Cãtuariã
primariã Regni Metropolim honorifice
adduxerũt: tradito illis et assignato in ea-
dem christi ecclesia hospitio. Quo in loco
Abbas sancti Augustini Maiorq; et Pri-
marii eius vrbis ciues: aldermãni vulgo
nũcupati: Ipsos oratores salutarunt/ plu
ribusq; et egregiis donis atq; humanissi-
mis officiis sunt eos ꝓsecuti. ¶ Deinde a
dictis Priore ⁊ deputato Calisie/ac domi
no Edwardo ponynghs: aliisq; multifa-
riam nobilibus Comitati: ad Oppidum
Sittyngborne vocatum: atq; abinde ad
aliud oppidũ Darford nũcupatũ/aduen-
tarũt: vbi comes Salopie Regie domus
magnus Senescallus/necnon et Episco-
pus Wyngorniẽsis: ac prior sancti Johan
nis: simul ⁊ dominus Thomas Brãdon
Ordinis Garterii Eques: ac Dominus
Doctor West Regius cõsiliarius: egregie

apparati: plurimis Equitibus: scutiferis et nobilibus Sumptuoso habitu & equitatu associati Ipsis oratoribus facti sunt obuii: eosq; ad ciuitatem vsq; Londoniarum perduxere: eisdem continue assistentes.

Quo Maior et Aldermanni eius vrbis Simul et ordines artificum Mox in vnum recta linea cõgregati sunt ad eos oratores excipiendos: et vt eorum aduentui gratificarentur. Sicq; per vrbem leniter adequitantes: ad preparata illis diuersoria Ditissimis Auleis/tapetibusq; & aliis ornamentis decora/ac necessariis quibusq; et oportunis rebus pulsa: tãdem sunt adducti. Erat equidem dies quinta Decembris Currente Anno a natale Christiano Milleno Quingenteno octauo. Et serenissimi Regis Hẽrici septimi Vicesimo quarto.

Postera vero die illucescente Reuerendissimus Archiepiscopus Cantuariensis Anglie Cācellarius ac illustris comes Oxonie Magnus camerarius et admirallus Anglie Ipsos oratores Rege mandante visitarunt salutarūtq; eorum aduentui gratulātes. Inde Consul vrbis quem maiorem vocāt simul et plebis tribuni/quos vulgus Schirifos appellat: ꝛ ipsi dictos Oratores visitarunt: Egregia munera illis offerentes. ¶ Preterea mercatores Stapule/ꝛ alii quāplurimi ciues proxima post illā die adueniente Itidem fecerunt. ¶ Cū itaq; oratores ipsi Biduo in primaria ipsa regni Urbe commorati essent sese a longi Itineris tum terrestris tum maritimi tedio atq; incommodis susceptis reficientes. Regia maiestas Palatio suo grenwici existēs Ecclīasticis ac secularibus sui regni/dñis/procerib⁹/equitibus/scutiferis/et nobilibus: ad Regale suū obsequium Conuocatis ac dispositis Ditissime apparatis Cū Aureis videlicet sericeisq; omnifariā vestimētis Torqbus

Item aureis innumeris/ipsos Oratores a dicto dño Seneschallo atq; aliis primoribus regni dominis/acciri associariq;/ & in sue maiestatis cõspectũ adduci/iussit: per flumen thamesim cum magna quadam ac decora/sũptuosaq; regia Cymba/tum nuper fabricata: atq; pro illis aduehẽdis/constituta/et apparata. ¶ Quod si enarrem fastigiosum illum ac ditissimũ tanti regis & sue regie domus apparatũ: simul et honorificẽtissimum ordinem ad ipsos Oratores denuo suscipiẽdos cõstitutum Difficile nãq; mihi esset admodum et nimis prolixum. Nichilo tñ minus quãto breuius & magis cõpẽdiose potero aliquã eius rei partẽ hic inferius perstringam.

Primo nãq; Oratores ipsi vt primum in regiam introissent/per inferioris aule mediũ non inuenustis auleis apparate ducti sunt. Regiis magistratib⁹ & ministris seriatim dextra leuaq; cõstitutis. Illincq; primũ in amenissimam porticum quam galeriã vulgo

numcupamus:non multo antea ab ipso rege erectam. Mox in magnū Cubiculū regiū sunt introducti: vbi milites Regie custodie ꝯplurimi affuere:sumptuoso ac decēti apparatu amicti breuiori:videlicet quisq; Chlamide auro ⁊ argento intexta Aureoq; pāno/veluto/⁊ sericeis cuiuluis coloris adornata. ¶Post hec In aliud anterius cubiculum penetrarūt: quo Capitaneus regie Custodie plurimis eqtibus scutiferis ac nobilibus secū astātibus aderat/ atq; vna cum iis puerorū Regii statu magister/ necnō ⁊ ipsi pueri:quos nostri pagios galli vero Infantes honoris vocāt. Cerulei veluti chlamidulis induti Rubeis magnis rosis ac liliis densissimo auro intextis. Hic Oratores aliquantulā moram fecere.frigus qđ e flumine Thamesi cōtraxerant.igneo/ secus Caminos Calore pellentes.

Quum itaq; rex Interea temporis in
suo Cenaculo sub sui status aureo
tẽtorio maneret Serenissimi regis Ara-
gonum Oratorem penes se a dextro late
re habens/paulocq; inferius ab eodem la-
tere non paruum dominorum spñalium
Archiepiscoporum et episcoporq;/numeq;
atq; a leua manu Illustrissimum Wallie
principẽ. Cornubie ducem.ac Cestrie co-
mitem.filium suum charissimum. Una
cuz dominis secularibus Ducibus ⁊ Co-
mitibus aliquanto inferius ab eodem la-
tere stãtibus. Insuper cenaculum ipsum
quantumuis latum et dimẽsum Ingen-
ti/procerum Dominorum Equitum/ et
Consiliariorum regiorum numero reple
tum esset. Jussit Oratores predictos in
suum Conspectum adduci. Quibus ad-
ductis post humilem ac debitam eorum
obedientiam prestitam/atq; In redden-
dis Cesaree Maiestatis Litteris singula
rem commendationem factam. Rex no
bilissimus atq; omnium regum prestan
tissimus Diuinam potius ꝯ humanam

pre se ferens maiestatem/ac veram regie dignitatis excellentiam: humanissimis/ gratiosissimisq; illos suscepit verbis. Dicens eos bene et feliciter ad sese/ et suum regnum aduẽtasse. ¶ Quo facto Oratores/ ad sedilia illis assignata/ paulum retrocessere.

Rege sub suo aureo tentorio sedente Oratoresq; regis aragonum ac spūalib⁹ dominis a dextro cornu vt dictū est in decliui loco: atq; Illustrissimo principe genito regio predicto/aliisq; secularibus dominis/eque ac pari modo a sinistra manu. Item ⁊ Oratoribus predictis/ex Regis aduerso consedentibus. Tum presidens Flandrie:latinā Concionem propalam habuit/aduētus suorum collegarū ⁊ suuipsius causam vimq; legationis ostēdens. Cuius quidem tenor ac sensus hic fuit/q; scilicet pro extrema manu imponenda iis oībus que iampridem in oppido Calisie super amicicia et matrimonio predictis translacta et cōclusa fuissent/ad serenissimū anglie Regem venissent a Cesarea maiestate destinati. ¶ Cui quidem Concioni Reuerēdissimus Dñs Archiepiscopus Cātuariēsis Anglie Cācellarius Rege mandante: dignū atq; honorificum dedit responsum.

QUm itaq; hec sic acta essent Serenissimus Rex Oratores ad se accivit/et illos est allocutus cum tanta verborum maiestate/grauitate & facundia: vt Orator inlignis atq; excellens: a cunctis audientibus iudicatus sit/et immensam sui admirationē atq; incredibile gaudiu omnibus qui aderant reliquerit.

QUi cum finem dicendi fecisset/vrbano supra modum vultu/ac Regio gestu: Oratores ipsos in penetralius suum & magis secretū cubiculum/secum adduxit: Vbi de magnis ac secretis/non parui ponderis rebus: diu inuicem sunt collocuti.

QUe cum acta essent Oratores prima illa habita audientia Serenissimo Regi/pro eo die vale facientes Londonias sunt reuersi: a dominis supra rectitatis honorifice reducti.

Sequenti vero luce Reuerẽdissimi Domini Archiepiscopus Cantuariensis/et Episcopus Wyntoniensis/Comes Harundellie/Cõpluresq; alii magni domini et consiliarii Regii/rege Jubente eosdẽ Oratores visitarunt. vt Cõmissionem auctoritatemq; quam a suis principibus haberẽt: simul & scripta que secum attulissent pro pfectione singulor tractatuum & cõclusionum perantea in oppido Calisie habitorum diligenter viderent et examinarent.

Que sane omnia scripta postq; visa & lecta essent grauiterq; & mature vt in tãta re cõueniebat examinata Adeo perfecta plena & integra atq; effectualiter confecta reperta sunt pro dictorum amicitie & matrimonii corroboratiõe/ vt perfectiora plenioraue/ aut integriora/ vel magis efficacia esse nullo modo possent.

Quoniam in iis primũ Continere-tur Acceptatio & confirmatio Cesaree maiestatis suo noie pro dicta amicicia tantopere lata & ampla quãtopere ex-

cogitari queat: sua sub manuali signatura et magno sigillo.

Deinde Confirmatio eiusdem Celaree maiestatis: tanq̃ tutoris protectoris q̃ et defensoris illustrissimi karoli principis Castelle prenolati: insimul Vigorose iuncta: et per ipsos Imperatorem ac principem facta sub eor̃dem manualibus signaturis et sigillis.

Deramplius Inter ea scripta Certe obligationes/et pene ipsor̃ Imperatoris et principis cõiunctim ac diuisim separatimq̃ in solidum fuerant apposite sese ac suos heredes terras et subditos/in magna pecuniarũ summa obligantium quamquidem summam ꝑ pecuniariam penã sint forisfacturi/Casu quo istud matrimoniũ Inter Illustrissimũ principem karolum predictum/et serenissimi regis filiã predictã/sutũ non sortiatur effectũ.

Adhec eidem Illustrissime prĩcipi regie filie/in patria eiusdem Illustrissimi domini prĩcipis/honorifica dos est assignata. In terris videlicet ꝑ prediis

ac dominijs quorum ipse princeps ad pre
sens est pacificus possessor: atq; etiam in
aliis terris fundis ⁊ dominijs que illi im=
posterum accrescere vel quouismodo ob=
uenire poterunt Longe largior ⁊ amplior
quam aliqua Burgundie ducissa/ antea
vnq; fuerit assecuta.

PRo qua nempe dote sufficiēs ⁊ ido=
nea cautio ac fideiussio est prestita:
Atq; ex super habundanti terre ⁊ subditi
eiusdem illustrissimi Principis Karoli de
auctoritate ⁊ consensu sacratissimi Impe
ratoris In consimiles penas obligantur.

QUa in re illustrissima quoq; domi
na Margareta ducissa Sabaudie
relicta pro sua parte: eodez modo sub ma=
gnis penis est obligata.

POstremo magnus dominoz vul=
garium q; populorū sub obediētia
dicti principis Karoli existentiū/ numerus
pari modo in similes penas sub eorū ma=

nualibus subscriptionibus ⁊ sigillis obligatur.

Consimiliq; ⁊ parimodo pro dictarum rerum omniñ complemento ex parte dicti domini regis / atq; etiaz pro perfectione matrimonii ⁊ dotis solutione a sua maiestate dicte sue filie assignate et cõcesse pro suo cõnubio: que larga admodum et honorifica est: obligationes ⁊ securitates prestite sunt in eadem forma et tenore / ac consimilibus penis.

Quare ex premissis cõstat hanc confederationem ⁊ affinitatem tanta cum maturitate circũspectione ⁊ consilio stabilitam ac firmatam esse: ⁊ vtrinq; indissolubili nodo connexam: Ut nisi morte alterius horum duoꝝ prĩcipum (quod deus auertat) contingente: neq; dissolui / neq; infringi quouismodo possit aut valeat. Quod si mors etiam superueniret / nihilominus amicitia et confederatio in sua plena virtute ⁊ robore permaneret.

Certissimum est autem absq; vlla prorsus hesitatione q; nulq; antea aliqua amicitia confederatio ve Inter aliquos alios principes Inita est et concluſa meliore animo/et magis sincera mente/ absq; vllo fraudis seu doli vel simultatis astu interueniente: quã hec ipsa vna/ que Inter sacratissimũ Romanorũ Imperatorem ꝛ serenissimum Anglie ac Francie Regem/ad presens est Inita et concluſa. Que haud dubie hoc tẽpore est nobilior confederatio: simul ꝛ grãdius matrimonium: quod in tota re publica christiana existat: attentis presertim consideratisq; tot regnis/patriis ꝛ regionibus: quas dictus Illustrissimus princeps Karolus/ vero ꝛ iusto titulo sibi debitas: vita Comite fauenteq; altissimo est recepturus hereditarias. ¶ Qua ex re qualis quãtus ve honos potestas et fortitudo Dictis Imperatori Regi et Principi: atq; eorum patriis dominis ꝛ subiectis obueniet habẽtibus ex huiusmodi cõfederatiõe: germaniam angliam: castellam: legionem granatam

ac omnes inferiores Flandrie partes sibi adiunctas et innodatas/non facile iudicari potest ob multos egregios ac notabiles effectus exinde secuturos:tam ad honorē cōmodum et securitatem vtriusq; partis quam etiam confederatorum et alligatorum suorum/necnon & eorundem regnorum patriarum ac subditorum.

Hoc igitur pacto serenissimus Rex anglie Henricus septimus pro sua celesti et incomparabili sapientia/ac prouidentia Binas suas filias/duobus maximis principibus sibi vicinis ac propinquis matrimonio locauit: Regi videlicet Scocie Illustrissimo alteram natu grandiorem. & clarissimo prīcipi castelle Archiduci austrie aliam. Quo fit vt hoc anglie regnum cū eisdem principibus et eorum regnis dominiis ac patriis:tute ac secure magnoq; cū honore ac dignitate & auctoritate versetur.

Postea vero quam ea scripta perfecte ac legittime ꝛfecta reperta sunt atq; hinc inde vicissim tradita et accepta: Illico rex ad castellum suũ de richemõte: pro spõsalibus et matrimonio Inter prefatos illustrissimos Castelle pricipes Karolum et mariam Contrahendis et celebrandis mouit: ad quem locũ dicti Oratores pluribus et magnis dominis ac nobilibus Comitati: fuerũt adducti (fuit autem sextadecima dies mensis decembris supra nominati) Vbi non solum fuerunt omnes hospitati inseparatis semotisq; et disiunctis cubiculis Ditissimis auleis tapetisq; et lectis supra quã credi possit apparatis. Sed etiã quinq; aut sex dierum spacio continuato honorificentissime tractati et applausi regio sumptu fuere.

Quod si ipsius regie domus de Richemonte decorem ꝛ ornatũ atq; tam Sacelli illius ꝛ magne aule / quã Cubiculorũ preciosissimũ apparatũ Litteris mandare velim. Longum sane ꝛ mirum

admodum/ac perdifficile opus esset. Po-
tissimum in recitanda pomposa et super-
ba illorum structura/ac eorum apparatu
splēdidissimo: simul & loci atq; aeris ame-
nitate ac salubritate Una cū artificiosissi-
mis ac ditissimis auleis tapetisq; quibus
eo tempore domus ipsa fulgebat/ et tota
erat coruscа. Quibus rebus facile iudica
ri potuit talem tanq; magnificā domum
toto terrarum orbe comperiri non posse.
quandoquidem terrestrem magis para-
disum quam domum aliquam siue pala
tium representabat.

AVla siquidē ditissimis auleis au-
ro argentoq; et serico cōtextis vn-
diq; nitebat. Qua fuit magn⁹ et excelsus
Abacus/ vasis argenteis inauratis onu-
stus: ferme a terra vsq; ad altissima la-
quearia/erectus: miri quidem & nō facile
estimabilis valoris aut precii. vbi diuersi
pāni status aurei pretiosi valde In altum
erecti tendebantur.

SAcellum vero quo res diuina Ce-
lebratur Pannis aureis ditissimis

opertos parietes habuit. Altare autē Regium tot magnis sanctorū Imaginibus partim auro partim argento inaurato fabricatis: quibus preciosorum lapidum et margaritarū Immensus numerus erat infixus/ opertū fuit: vt nō potuerint plures sup imponi. Insuper omnia tam magna quā parua cubicula/ non solum quibus rex vtitur: sed quibus defuncta regina/ dum in humanis ageret vsa est: et tūc illustrissima priceps regia filia vtebatur: exquisitissimis preciosissimisq; auleis auro ꝫ serico intextis fuerūt apparata Cum pannis statuū aureis accomodatissimis.

Ad hec duo ampla cubicula in prorio regis diuersorio fuere preciosis mirum in modum ꝫ supra oēm fidem pannis aureis parietes opertos habentia cum ditioribus et magis preciosis lectis/ quā vsquam visi fuerit/ auro margaritis et carioribus gēmis consutis. Sed ne longior fiam quā mea fuerat institutuz: hoc pulcherrimū palatiū ablq; aliquo alio pari palatio apparatū relinquo. Hoc vnum

tantū adiiciens: q̄ neq̄ Creſi lidorum re=
gis gaza: neq̄ Mide phrygum opes: aut
tagi pactoli ve ſeu padi auree arene: hui⁹
tanti regis opibus conferri/ queant. Sed
iam redeo ad egregiam excellentiſi ſpon=
ſaliorum et matrimonii ſolēnitatem que
habita eſt die dominica proxima: qui ſex=
tus decimus eiuſdē menſis antedicti fuit
dies: quo die poſt ſolis ortum vbi Orato=
res precioſo amictu induti Magnū Illu=
ſtriſſime principis domine Marie Regie
filie Cubiculū/ precioſiſſime vt antea di=
ctum eſt ornatū/ ꝛ innumeris dominis ac
magni honoris matronis decētiſſime or=
natis repletum Ingreſſi ſunt. Tum Rex
a ſuo Cubiculo/ ſecus ipſam illuſtriſſimā
dominā poſito mouens: Illuc cū ſuis pri=
moribus dominis et Conſiliariis/ ac aliis
magnatibus Cōceſſit: Ipſoſq̄ Oratores
placidis ꝛ benignis verbis ad pauculum
tēporis detinuit Donec illuſtriſſima prin
ceps eius filia: ab Illuſtriſſima Principe
Wallie Regis aragonum/ et regine helli=
ſabet/ nuper Caſtelle genita: aliiſq̄ nobi=

lissimis et dignissimis matronis associata ad predictū cubiculū peruenisset.

PRo declaranda autē et litteris mā-danda eximia tante principis forma modestia et grauitate quam pre se tulit ac aliis laudabilibus gestibus ⁊ modis tante principi pertinentib⁹ eo tempore in illa compertis ac deprehēsis / haud dubie nō esset in mea potestate vllo sermone vel pagina comprehendere. Illud tamen nō pretermittā q̄ ad formam venustatemq̄ alterius cuiuluis principis seu Regine ea in etate tam tenera cōstitute (agebat nāq̄ circiter vndecimū etatis annum) vel nulla vel rarissima admodū fieri posset comparatio. Sua nanq̄ regia humanitas / et nobilis ac vere paterna quantum tenera etas patiebatur grauitas omnibus aduenientibus exhibita: Habitus insuper ac gestus et bonorum morum cōpositio tanta fuit: vt libere affirmare possim tātas tāq̄ egregias ac certe Regias virtutes apud aliquā aliam etiā prouectiorem quācūq̄

principem aut dominam: in his tam magnis mysteriis diutius exercitatam educatamve deprehendi nusq̃ posse.

QUicquid enim reuerentie aut humilis subiectionis simul ꝫ grauitatis ac continẽtie suo serenissimo patri debebatur: et quicquid insuper humanitatis atq̃ affabilitatis erat Oratoribus prestandum: Id totum tanq̃ veterana et sapientissima princeps exhibuit.

HIs itaq̃ cerimonijs sic peractis Illustrissima princeps filia Regia in altiorem locũ honorifice pro illa suscipienda apparatum se recepit: Ubi sola sub aureo tentorio stetit: predicta principe Wallie spacio multum inferiore permanente.

Mox aliquãtula tẽporis intercapedine et silentio habitis. Archiepus Cãtuariẽsis anglie Cãcellarius elegãtem ac floridã habuit orationẽ non modo matrimonii dignitatẽ & illius cõmẽdationẽ Sed etiã sanguinis & prosapie vtriusq; partis quas inter id matrimoniũ esset celebrandũ: necnõ et vtrarumq; progenitor excellentiã tangẽtem Multiplices deniq; bonos effectus qui ex inde sequi possent: tam pro vtraq; parte & earum regnis patriis et subiectis/ quam etiã pro vniuerse rei publice christiane cõseruatione/ cõmodo et accremento.

Qua oratione finita presidens flandrie vnus oratorum/ partem eius orationis habite reassumẽs/ nouam atq; elegantẽ habuit orationẽ Laudes/ amicicie matrimoniiq; ac vberes multifariam fructus ex iis manantes: simul & immensa atq; incredibilia bona ex huiusmodi noua cõfederatione & affinitate secutura/ cõmemorans.

Quibus sic actis quoniã dominus de bergis solus auctoritate fultus erat ad id matrimonium cum dicta Illustrissima principe: nole prefati illustrissimi principis Karoli cõtrahendũ. Interrogatus est si quã secretiorem facultatem aut magis spectalem vltra generalia cuz suis Collegis mãdata haberet. Qui quidem dominus cõmissarius et procurator/ sufficiẽti et plena auctoritate in hac parte suffultus: suam commissionem & priuatam procurationem palam exhibuit/ atq; ostendit: que distincte et aperte lecta est: per quã sufficiens et ampla potestas atq; auctoritas ad contrahendum dictum matrimonium validiori et magis efficaci quo fieri posset modo per Imperatorem ac principem predictos cõiunctim ac diuisim fuerat illi tradita.

Qua re cognita ac perspecta Causa uit rex ipsum dominũ de Bergis/ vna cũ aliis oratoribus ad cathedram sta

tus/ qua illustrissima princeps manebat appropinquare: pro dictorū spōsaliorum ꝫ matrimonii celebratione ac perfectione fienda: vbi dominus ipse de Bergis post debitas reuerētias humiliori quo fieri potuit ac debuit modo et forma exhibitas: ostensamq; maximā affectionem ꝫ commendationem illustrissimi principis Castelle: erga illam. Accipiēs ipsam illustrissimam dominā per manus/ recitansq; auctoritatem sibi ad contrahēdum cum illa matrimonium nomine dicti illustrissimi principis Karoli cōcessam: legit iuxta informationem predicti presidentis verba perfectū ꝫ legittimū matrimoniū/ p verba de presenti cōtrahētia. Que quidē verba perantea in scriptis posita fuerāt/ atq; effectualiter preuisa et premeditata tūcq; per eundem Dominum de Bergis/ prolata et ostensa: prout presidens ipse/ ea sibi de verbo ad verbum legit.

Post hec vero vtraq; manꝰ dextra/ tam Illustrissime pncipis domine Marie filie regie quam ipsius domini de Bergis inuicem iuncta est/ ⁊ inde diliuncta/ veluti in tali contractu moꝛis est: ⁊ fieri consueuit. Illustrissima siquidem pꝛinceps tenens dictum dominum de bergis per dexteram manum maxima cum pꝛudentia et regali cõtinentia absq; vlla pꝛoꝛsus sibi matrimonialia verba recitante: perfecte pꝛo sua parte ac distincte ipsa verba lingua gallica: longo Interuallo pꝛotulit.

Que quidem verba ratione cõmissionis dicto domino de Bergis facte fuerant admodum pꝛolixa: nihilo tamen minus ab ipsa Domina/ absq; vlla pꝛoꝛsus animi perturbatiõe moꝛave/ aut interruptione sunt pꝛolata.

Que res sane complures diuersosq; nobiles/ et alios astantes atq; audientes nõ solũ mirari ⁊ obstupescere/ sed etiã pꝛe nimio gaudio et coꝛdis dulcedine in lachꝛimas ferme coegit Irrumpere.

Postea vero quã ea verba pnuncia
ta sunt Prefatus dñs de bergis Il=
lustrissimi principis Karoli predicti pcu=
rator: pro corroboratione ac confirmatio=
ne dicti cõtractus/non modo scriptis om
nibus superinde cõfectis verba matrimo
nii cõtinentibus per ipsum tunc ostensis/
se subscripsit: put ipsa quoq illustrissima
dña maria pro sua parte fecit: Sed etiam
omni cũ reuerentia dictam dominam est
exosculat9/atq vni illius digito aureum
annulũ imposuit: proq dicti 2tractus sic
celebrati testimonio Tabelliones duo in=
terfuere ab vtraq parte req̃siti: vt de ea re
publica 2ficerẽt instrumẽta: Oẽsq dñi ac
dñe 7 nobiles pmissa intuẽtes 7 audiẽtes:
tũc ibidẽ instanter sunt req̃siti: quaten9 de
iis que in eorum psentia essent acta testes
essent: et apud oẽs oĩ tẽpore vex phiberẽt
testimoniũ. ¶ Mox tube ad classicũ clãgẽ
tes 7 innumera cuiusq gñis musica ĩstru
mẽta increpuerũt/suosq ad lõgũ tẽporis
spaciũ sonit9 dederũt/tãte rei geste/tãtiq
triũphi gaudiũ et exultationẽ Indicãtes.

Statimq; rex serenissimus dñm de bergis cõmissarium predictũ celaree legationis caput per dextrum cubitũ apprehendens ceteris oratoribus magno atq; honorifico dominorũ cetu associatis preeuntibus ad suum sacellum perrexit: Altam & solemnem missam auditurus que eo die ab episcopo londoniarũ inibi esset celebranda.

Quinq; in suum tentorium ex purissimo panno aureo cõfectum se recepisset: vbi rem diuinã audire assolet. Oratores in proximũ cõtiguũq; maius sacellum sunt adducti In quo pro illis suscipiendis/ locus status locupletissime fuerat apparatus.

Ut vero maiori misse finis est dat⁹: & psalmus Te deũ laudamus cũ cantus/ iubilatione/ et veneratione decantatus: Oratores in aliud sacellum quo regem reliquerãt reducti sunt. Vbi rex modo ac forma supradictis prefatũ dominũ

de bergis secum assumens: alijs vt dictū est Oratoribus anteeuntibus: ad sua vnde fuerat egressus Cubiculū retrouersus est: Immensa Dñor Equitū Scutiferorumq; et aliorum nobilium ditissime apparatorum: precedēte sequēteve caterua.

QVo die Rex voluit eundē dñm de Bergis/ necnon z gubernatorem vrbis secū epulari. Reliqui autē oratores ad aliud primum cōtiguumq; cenaculū diuerterunt: vbi honorificū pro illis prandiū fuerat prouisum. Quibus cū diuersi tum spirituales tum tēporales regni Anglie domini cōmessati sūt. Milla faciam in presentiarū adhibita seruicia: solēnitates: ordinesq;: lautas insuper atq; exquisitas dapes: simul et varia ac preciosa vinorum genera/ necnon z auream argēteāq; inauratam supellectilem: qua regie maiestati atq; oratoribus eo die est ministratū ¶ Certissimū est autem nullū Craterem Calicem ve aut Ciatum vel vrceum siue salinum vel gutturnium/ nullamq; aliam

supellectilem iis mensis fuisse appositam que vel non ex perfectissimo auro denso ac lato margaritis preciosisq; gemmis ornato/aut saltē ex argento tam dense inaurato esset fabricata: vt integrū purūq; aurum appareret.

HInito autē tam regali ⁊ sumptuoso prandio atq; amotis mensis affuerunt illico diuersi dñi ac strenui Equites armati/ad torniamēta seu hastiludia In decus ⁊ ornamentū ac laudem eius solemnitatis faciēda parati. Cum quibus rex vna secum Oratores ducens/quo lancearum concursus: ⁊ ipsos armatos inuicem congredientes videret In magnam atq; egregiā eius palatii porticū quā galeriam vocant: superioribus annis miro ac sumptuoso opere/a se edificatā/se conuertit Ibi nanq; patentes fenestre plurime sunt ex aduerso loci/quo futurus erat concursus ad tutissimum apertissimumq; spectaculum accōmodate. Erat autem ipsa porticus auleis/tapetibusq;/decenter ornata.

Tot preterea musicis et variis ludorũ instrumentis fertilis et copiosa: vt nulla ferme honesta voluptas/quam quisq; optaret:ibi deesset. In quem quidẽ locũ Prefata illustrissima domina maria Jam princeps castelle: simul & illustrissima princeps Wallie: non paruo decentissimarũ dominarũ numero Comitate: inslimul spectandi gratia venerunt.

Interea milites ipli fortibus equis armisq; et ceteris rebus ad militarem disciplinam pertinẽtibus abunde affluenterq; et preciose prouisi Tẽtoriis videlicet phaleris equorum Lanceis & omnifariã bellicis instrumẽtis ac q̃buscunq; ad ipsa torniamẽta ꝺucẽtibus ornamentis Apparatibus insup multis aurifabrorum artificio fabricatis: Pãno idẽtidẽ aureo sericeoq; & cãpanis ac nolis argenteis atq; aliis multimodis preciosis et nouis rebus:quas nimis lõguz esset recitare.ad Ineundũ inter sese certamen presto erãt.

STabat eteni e regione loci quo con
gressus ille futur⁹ erat circiter me=
dium locus prominēs ⁊ editus in faciem
lati et oblongi pulpiti: tabularū structura
erectus: super quo heraldi regii splendido
apparatu et amictu decori: vna cū regiis
tubicenib⁹ cōsedebant / vt bellatoꝝ Jctus
annotarent: et eorum qualitatē tubis (vt
moris est) clangentibus Jndicarent / con=
scriberentq;.

CEptum est igitur inter ipsos belli=
geros atrox prelium: quod absq; vlla
intermissione / quātū lux diurna post me=
ridiem passa est: continuis tribus diebus
fuit cōtinuatum: quolibet eoꝝ armatoꝝ
singulo quoq; die durante eo triduo cum
recentiore splendidioreq; ac sūptuoso ma
gis apparatu in cāpum prodeunte.

ADerat ingens vtriusq; sexus tam
nobiliuz q̄ populariū multitudo /
que videndi gratia illuc cōfluxerat: ⁊ que
fractarum lancearum fragore audito / ac

tubarum clangore signū dante intellecto Immensos ad celum clamores mittebat et modo vni: modo alteri armato/prout sua cuiusq; in eor aliquem maior Inerat deuotio: maiores fauores voce prestabat. ¶Pulchrum autem erat in tāto certamine Innumeras lāceas armis collisas atq; hinc inde confractas videre: ⁊ earū frusta in altissima vsq; aera/sepenumero cōscendere.

EAdem die dominica Ciuitas oīnis Londoniar Inuicem gaudēs his tam celeberrimis ⁊ memorādis triūphis ad omnia festiuitatis et leticie signa se cōuertit: nocturnos ignes pyrasq; ⁊ lignor altas congeries succensas erigens: Organis: tympanis: lyris: citharisq;/et crotalis ac mulicis quibusq; instrumētis: vndiq; personantibus: Inmuptis virginibus ac nuptis: Pueris iuuenibus et grandeuis/ largos ignes circūeuntibus/chorealq; sonoro ac iubilo cantu admixtas ducētibus dulci/mero/et saccaro cōditis aromaticis

nõnunquã se reficiẽtibus: donec nox intẽ=
pesta ad quietẽ sommũq; cũctos inuitaret

QUm autẽ tertius dies toꝛniamẽto=
rum aduentasset / et lanceaꝛ incur=
sui pꝛimum data esset opera / nõ sine pari
aut nõ multũ ablimili olim certantiũ lau=
de et gloꝛia: Tandem lanceati ipsi lanceis
depositis / foꝛtibusq; in earũ locuꝫ gladiis
assumptis foꝛtiter ac stꝛenue inlimul di=
micantes tantũ de sese experimentũ fece=
rũt: vt nõ minoꝛẽ in eo genere pugne quã
in pꝛioꝛe hastarũ certamine Laudẽ apud
oẽs astantes sint ꝛecuti: Et tam curialiũ
quã aduenarũ et exteroꝛum olim Judicio
magnopere fuerint commẽdati. Nullus
etenim gladius quantũ vis foꝛti ⁊ sincero
metallo fabꝛicatus. In ea gladiatoꝛia pu=
gna extitit / qui vel nõ in partes cõfringe=
retur / vel pꝛoꝛsus recuruus aut contusus
vel inutilis maneret: Sicq; his et aliis lu
dis / iocisq; et honestissimis voluptatibus
vtpote ferociũ equoꝛ / tauroꝛve indo=
mitoꝛ atq; vꝛsoꝛ / cũ ingenti moꝛdacissi=

mor canũ numero certantiũ/dies illi Iu
cunditatis et leticie peracti sunt. ¶ Prius
nanq; et Aucupiis ⁊ Venatibus Ceruor
Damarq; in vtroq; viuario regio: quod
ipsi regie domui adiacet: nõ paruã animi
voluptatẽ oratores ipsi susceperãt: Quo-
rum quidẽ viuarior/quos parcos vulg⁹
appellat: alterũ Innumeris mire magni
tudinis ceruis: aliud vero Damis: quarũ
nõnulle toto prorsus corpore cãdent/spe-
ctaculũ de se prebentes est repletum.

Postq̃ autẽ nox tertie diei superue-
nisset: Sumptuose admodũ priua
te Cene parate sunt: ad quas rex nobilissi
mus atq; oĩm regũ sapientissimus et hu-
manissimus: Oratores ip̃os magnumq;
cũ his delectarũ matronar numerũ secũ
adduxit: Cepitq; prim⁹ cõscedere: deinde
alios omnis ad cõsessum Inuitare.

Quibus Cõcessis Oratores in qua-
dam e plurib⁹ mẽsa Tria pulcher
rima ac preciosissima dona Illico prefate

Illustrissime principi Dñe Marie/ Dono dedere: quoꝝ vnũ ab sacratissimo Romanoꝝ Imperatore Maximiliano/ missum erat: Rubeus scilicet lapis Indicus: qui a nostris rubinus dicitur: Magnus siquidem et preciosus: simul et adamas magnis vnionibus munitus.

Aliud vero ab illustrissimo pricipe Karolo destinatũ: littera. K. aurea fuit nomen Karoli representans: preciosis adamantibus/ et margaritis munitum: Quo quidem monili/ hec verba inscripta fuere: videlicet Maria optimam partem elegit: que non auferetur ab ea.

Tertium autẽ ab illustrissima principe Dña margareta Ducissa Sabaudie relicta: fuerat profectũ Balagius scilicet/ quem balasion vulgus nominat/ preciosis margaritis circũdatus.

His igitur cenis tam lautis/ tãqꝫ opi paris: vt nihil oĩno egregiũ/ qđ vel terra vel freto aut flumine crescat/ illis abfuerit: nõ defuerũt ludi maurei: quas morescas dicũt: ⁊ saltantiũ Iuuenũ generosa

virensq; ppago: simul & comediaꝝ tragediaꝝq; hystrionica & ludicra quecq; spectacula pzeuisa sane pzius ac sumptuose pzeparata. Ea nocte Dñs de bergis Cesaree maiestatis/ et illustrissimi pzicipis Karoli pzedicti/ Jã serenissimi Regis anglie: filii dilectissimi: Instantissime petiit a Regia maiestate et illam requisiuit: quatenꝰ placeret ei dictũ pzicipem Karolũ suũ filium nobilis ozdinis garterii Equitem eligere ac creare. Dñs Rex optio aio atq; ex coꝛde concessit: pzouiditq; illico vt ipse pzinceps suus filius non solũ in vnũ socioꝝ equitũ dicti ozdinis esset electus: sed etiaꝝ vt ipsa gartera cũ oibus oznamẽtis ad illã spectãtibus bzeui ad illũ mitteretur.

Postremo cũ oia negocia cõmissionem dictoꝝ ozatoꝝ cõcernẽtia essẽt executioni mãdata/ Qm̃ dies natalis dñi appzopiquaret Oꝛatoꝛes ipsi ad pzopzia redire cupientes/ A serenissimo Rege Veniam abeũdi supplices expostularunt.

Rex autē quanquā magnopere cu-
peret eorū presentia diutius frui/et
illos in dies magis ac magis sua munifi-
centia et liberalitate cōfouere: ad illoꝝ ta-
men precipuā instantiā ⁊ singularē requi
sitionem ipsos dimisit: Magnis ac precio
sis muneribus argentee supellectilis nec-
non et leuibus equis Obinis nūcupatis/
falconibus: canibusq3: ⁊ pluribus aliis nō
iniucūdis donis: donatos.

Postea vero quā dicti oratores tāto
Regi vale fecissent: et honestissima
hincinde gratulationis ⁊ intime amicicie
signa essent ostensa. Prefatus Illustrissi-
mus princeps Karolus/post oratoꝝ suoꝝ
Legationē solutā: pro ampliore confirma
tione et approbatione dicti Matrimonii:
sepe ac sepius suas litteras ꝓpria sua ma-
nu subscriptas: tam ad Serenissimū Re-
gem/nominādo ⁊ acceptādo illū in suum
bonū patrē: Et ad illustrissimū pricipem
Hēricum filiū regiū/nominādo ⁊ acceptā
do eum in suum amantissimum fratrem
Quā etiā ad ipsam Illustrissimā Dñam

Mariam ſuã ſpõſam dedit: exprimãs ac
nominãs illã ſuam Uxorem et cõſociam.
Cum aliis gratioribus atq; amicabilio-
bus verbis: quam vel ſcribi vel excogita-
ri/ valeat.

Gaude ergo gaudio magno. Gau
de inquam ⁊ letare O felicisſima
hoc tẽpore anglia: atq; tuo nobi-
liſſimo victoriosiſſimoq; ⁊ ſapientiſſimo
ſupremo regi Henrico ſeptimo Da laudẽ
honorẽ: ⁊ gratias ſempiternas Ñq; dem
pro ſua Innata prudẽtia: ſtudio: ingenio:
et puidẽtia/ nõ ſolũ in pace firmia ac quie-
te: trãquillitate ⁊ iuſticia: es poſita cũ ſum
ma rerum oim tibi neceſſaria copia/ fer
tilitate ⁊ affluẽtia: Sed etiã tuũ omne de-
cus: ſplẽdor ⁊ gloria: in tãtum attollitur ⁊
ſublimat: vt chriſtiana oĩs religio cupiat/
et optet firmo tibi amicicie ⁊ cõfederatio-
nis: nexu ac vinculo adiungi.

Ue ſiquidem tue iſte redolẽtes ru
bee roſe hac tẽpeſtate adeo creuere
patuleq; ⁊ pminẽtes facte ſunt: ſualq; ra

dices ad altissimos vsqꝫ Imperiales hor-
tos/ ac domos potētie ⁊ honoris extende-
rūt ac ꝓpagarūt: vt ex earꝝ gēmulis ⁊ pal
mitibus: generalis totius rei publice chri
stiane Pax/ vnio ⁊ ꝯfederatio Deo fauēte
sit ꝓuentura. Ad quē quidē honoris Cu-
mulū ⁊ dignitatis apicē ante hac nusq̄ po
tuisti attigere: Hic est nēpe tuus nobilissi-
mus suprem⁹ Dn̄s et Rex: qui te ad tam
sublimem glorie statū Euexit: quem non
modo colere/ venerariqꝫ ⁊ obseruare/ iure
meritoqꝫ debes: atqꝫ illi fideliter/ libēterqꝫ
seruire. Uerꝛetiā pro felici diuturnoqꝫ illi⁹
statu/ incolumitate et cōtinuo successu/ ac
quotidiano incremēto: tuis deuotis ⁊ ꝯti-
nuis p̄cib⁹/ teneris altissimū deprecari.

¶ Petri carmeliani De illustrissimoꝝ pꝛicipũ
Castelle/karoli ⁊ Marie/spõsalib⁹ Carmen.

¶ Festa dies fulget:cunctis moꝛtalibus Eui:
Et soluto titan:clarioꝛ oꝛbe micat.
Uir bonus ⁊ pꝛudens: et quisquis pacis amatoꝝ:
Gaudeat:et supero/det pia thyra deo.
Anglica Burgunde: domui domus inclyta clare:
Sanguinis eterno:federe iuncta manet.
¶ Ecce datur karolo: Maria speciosa puella:
Uirtute insignis:moꝛibus atq; nitens.
Septimus hẽricus Rex inclytus/est pater illi:
Qui gemma est regum:pꝛecipuumq; decus.
Regina helisabet/mater: dum viueret oꝛbis:
Inter reginas:floꝛuit absq; pari.
Henricus frater/pꝛinceps:cui nemo secundus:
Conspicuum:toto fundit in oꝛbe iubar.
Margareta soꝛoꝝ:Regi coniuncta potenti:
Scotoꝝ:sapiens:pulchꝛa:venusta:decens.
Defunctos taceo:fratres simul atq; soꝛoꝛes:
Qui leti in celo:regna beata tenent.
¶ At karolo genitoꝛ:fucrat rex ille philippus:
Quem bꝛeuis (ah nimium) subtulit hoꝛa sibi.
Cesaris augusti:spes vnica:filius vnus:
Magnanimus:pꝛestans:strenuus atq; potens.
Sed regina sibi est genitrix pꝛeclara Joanna:
Heres regnoꝛum:non dubitata trium.
Ipse tamen tanto:pꝛinceps oꝛbate parente:
Rursus habes patrem:soꝛte fauente nouum.
Hic est Henricus:qui te/⁊ tua Jura fouebit:
Hostibus imponens:foꝛtia frena tuis.
Hic est qui pacem:sua cum vexilla mouebit:
Gentibus et regnis:imperitare potest.
Ast igitur laudes:supero dominoq; potenti:
Reddamus:nobis qui bona tanta dedit.
Utq; salutiferum:sit nobis omnibus istud:
Coniugium:Demus nocte dieq; pꝛeces.

¶ Laus Deo.

Richard pynson